



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia ix. Ephes. j. Coloss. j. In quo habemus redemptionem per
sanguinem eius &c. lxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

SENTENTIA IX. Ephes. 1. Coloss. 1.

In quo habemus redemptionem per sanguinem eius,
remissionem peccatorum, secundum diuitias gra-
tiae eius, quae superabundauit in nobis.

PARACLESIS.

CAP. LXV. **Q**uid pretiosius offerri Deo potuit, pro condonan-
dis hominum peccatis, quam sanguis virginis
filii Dei? Aut quid efficacius abluere valuerit ulcus
peccatorum nostrorum, quam eximius liquor iste, qua-
tam ubertate fluxit ex Christi corde? In eo Thesaurus
inestimabilis diuina gratia latuit: quam non auare, sed
largiter nobis impartire voluit. Sanguis ergo Christi
Thesaurus abunde sufficiens: & prorsus inexhaustibilis.
Cum enim pro mille millibus hominum peccatis sa-
tisfecerit: adhuc eque ubertate sufficit pro aliis innum-
eris. Igitur agnosce tuus te viribus nullam salutis suae
habere posse, sed ex meritis Iesu Christi: cuius opem si
implores, veniam haud dubie consequeris. Quod alius
Apostolus corroborat ex Iohanne propheta dicente: Omnis
qui innocauerit nomen Domini, salvus erit. Et additum:
Non est distinctio Iudei & Graci: nam idem Dominus
omnium, dives in omnes qui inuocant illum.

SENTENTIA X. Coloss. 1.

Cum gaudio gratias agimus Deo patri, qui dignos
nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine
qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & trans-
tulit in regnum filij dilectionis sue: in quo ha-
bemus redemptionem & remissionem pecca-
torum.

PARA-